Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9008
Copyright: Melk, Benediktinerstift



79

Est autem noctis umbra mortalibus ad requiem corporis data. Ne operis auida continuato labore deficerent aperirent humanitas. Et ut animantibus quibusdam quae lucem solis ferre nequeunt. Ipsis etiam bestiis quae per semitam uerentur humanam discursandi ubique acuitum quaerendi copia supperet. Iuxta quod in dei laudibus psalmista decantat. Sol cognouit occasum suum posuisti tenebras et facta est nox. In ipsa pertransibunt omnes bestiae silularum. Et cetera. Quam mira prouisio creatoris ita temperauit. ut ubi ob solis longinquitatem rigidior ibi ad opera breuianda et fouenda sit membra plixior. Quia in hieme quam aestate uniuerso orbi longior. Et in ipsa hieme multo certius quam afris est productior. Sicut et in aestate multo longior in scythia quam in africa dies flagrat. Nam sinon tanto breuior quanto ardentior libiam dies ureret. totam nimirum iamdudum consumeret. Noctis sane partes sunt. VII. Crepusculum. Uesperum. Conticinium. Intempestum. Gallicinium. Matutinum. Diluculum.

Crepusculum est dubia lux. Nam creperum dubium dicimus. hoc est inter lucem et tenebras.

Uesperum apparente stella eius de nomine de qua posita. Ante diem clauso componit uesper olympo.

Conticinium quando omnia conticescunt id est silent.

Intempestum media nox quando omnibus sopore quietis nihil operandi opus est.

Gallicinium quando galli cantum leuant.

Matutinum inter abscessum tenebrarum et auroram aduentum.

Diluculum. quasi incipiens paruadiei lux. haec et aurora pertingens usque ad solis exortum.

DE EBDOMADA.

VII.

EBDOMADA

Grece a septenario numero nomen accepit. humana quidem consuetudine septenis solum actadiebus. sed scripturae sacrae auctoritate multis speciebus insignis. Quae tamen cunctae ni fallor ad unam finem spectant. Nos scilicet admonentes post operum bonorum perfectionem in spirituali gratia perpetuam speranda quietem. Prima ergo